



Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De Votis, & consuetudinibus, pijsquè institutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

Constitutionum, & Decretorum Synodalium

De Votis, & Consuetudinibus pijsve institutis.

S V M M A R I V M .

- 1 Voto publico nuncupando Episcopus consulendus, & quando non.3.
- 2 Eius nuncupandi formula, eiusdem Episcopi sententia concipienda.
- 4 Ad illud nuncupandum vniuersitatis consensus accedat. Nuncupatio ad Altare maius Ecclesie maioris facienda.8. & ad offertoriu.13.
- 5 In eius nuncupatione hæ præparationes, & ceremoniæ adhibenda, ubi auem adhiberi non possint, ille præstanda cum primum licebit.19.
- 6 Primo adulti, confessi, communionem sumant.
- 7 Pridie diei nuncupationis ipsius, sero campanæ pulsande: quo populus sequenti die conueniat.
- 9 Congregato populo, processio agenda.
- 10 Ea peracta, Miſa celebranda.
- 11 Concioque in Miſsa habenda.
- 12 Sacerdotum, & clericorum præsentia.
- 13 Miſam celebrans, ad offertorium, voti formulam, per electos ab Universitate pronunciari mandet.
- 14 Quod ab ipsis electis, flexis genibus fiat.
- 15 Communio ministranda.
- 16 Voti nuncupati instrumentum quando ad Episcopum mittendum, & ubi afferuandum.
- 17 Votum ipsum, causa, & conditiones tabella lapidea incidenda.
- 18 Ea conficuo Ecclesie loco ponenda.
- 20 Vbi à ciuitate nuncupandum sit votum, ritus, ceremoniæq; celebriores adhibenda.
- Veteri instituto, vsuque vel publico Ciuitatis voto, qui dies festi colendi, ab Episcopo intelligendum. De festi dier. cultu. 25.
- Votis etiam, & pijs consuetudinibus conquirendis, eadem diligenter ab Episcopo præstanda. Ibid num. 26.
- Vigiliae, & festi dies Sanctorum publico Ciuit. voto aut consuetudine colendi Synodo notandi, in Calendarium referendi, & publicandi. Ibid. num. 29.
- Festorum dierum, & institutorum voti publici, aut consuetudinis ratione seruandorum monumenta, ubi afferuanda. Ibidem numero 27. & 30.

- 1 I quando ob calamitatem imminentem, aliafve causam, à populo, vel ab Uniuersitate, uel à vici
nia parochiali votum Deo fieri deliberandum
est, ut de hoc genere toto quām restissimē sta-
tuatur, parochus Episcopum, ad quem praefer-
tim in graui, quae ad spirituales res pertineat,
deliberatione, confugiendum patres censem-
tunt, etiam per litteras, ubi opus est, consulat: de cuius sententia formu-
lauoti ritè concipiatur.
- 2 Si uero aliquando temporis angustia non patinur, id quod in pe-
silenta euenerit aliquando solet, ut ille consuli non possit, cum popu-
lo agat, ut uotum nuncupetur: at sanè, que speciatim ad illius recte
exequendi modum pertinere possunt, eæ rationes omnes in ipsa uoti
nuncupatione, Episcopi sententiae, iudicioque relinquantur, quò san-
ctius, religiosiusque uoti nuncupati ratio omnis ad executionis usum
perducatur.
- 3 Cauet item parochus, rectore Ecclesiæ, ut uniuersitatis consen-
su, atque omni alia opportuna, necessariaq; ratione uotum nuncupen-
tur, ut firmum, ratumq; sit, ac proinde ab uniuersis, quorum interest,
piè obseruetur, atque præstetur.
- 4 Quo præterea, & ardenter pieratis studio ad illius nuncupandū,
& uehementiori sollicitudine ad idem ritè exequendum populus ins-
cendatur, hoc præterea parochus curet, ut in uoti nuncupatione statæ
tum præparationes, tum etiam ceremonia adhibeantur, omni extreñ
pietatis, sanctiç; cultus ratione, & significatione, in eum, qui sequi-
tur modum.
- 5 Primò igitur, ut illius Uniuersitatis adulti omnes, quo die uotum
siet, antegressa peccatorum confessione, sacram communionem su-
mant, curet idem parochus omni cohortatione.
- 6 Pridie etiam diei, quo uotum nuncupabitur, sub nesperum cam-
panarum sono signum detur: quo populus excitatus, ad ecclesiam
frequens conueniat, ubi postridie illud publicè, sanctèq; nuncupet.
- 7 Videat vero, ut in ecclesia parochiali, primariave ad altare maius
nuncupetur.
- 8 Vbi populus conuenerit, processio uoti causa de more agatur.
- 9 Millarum solennia, processione peracta, à parocho, rectore uè Ec-
clesie co nomine celebrantur.
- 10 In qua Missæ celebratione de uoto concio habeatur, ac de eius
caulis, tum exponant rationes, quibus sanctissimè deuincti, qui uoue-
runt, uotum quām diligentissimè præstare debent.
- 11 Huic actioni omnes parochialis vicinæ, aut oppidi, locive Sa-
cerdotes,

H 2

cerdotes,

Constitutionum, & Decretorum Synodalium

cerdotes, & clerici intersint.

13 Parochus autem, aliusve Sacerdos, qui Missarum solennia ex nomine celebrat, cum Offertorij tempus est, ab ijs, qui Vniuersitatis nomine delecti erunt, voti formalam in conspectu Dei de scripto sibi rite, distincteque pronunciari mandet.

14 Quod illi genibus flexis, supplices presentent.

15 Deinde, cum celebrans ipse corpus, & sanguine in Dominis Missa sumpererit, tum qui preparati accelerint, eisdem sacram communionem ministrabit.

16 Votinuncupati instrumentum, Notarij manu confectum, auctoritateque munitione, ad Episcopum mensis saltem spacio afferatur, in Archiuio Episcopali asservetur perpetuo. Cuius instrumenti etiam exemplum, eiusdem Notarii testificatione, fideq; roboratum, in Ecclesia illius populi, Vniuersitatisque, quae votum, ut diligentissime potest, custodiatur ad perpetuitatem.

17.18 Utque voti, cuius executio in perpetuum praestanda sit, monumentum in conspectu omnium extet, idem curet, in tabella lapidea rotum, votiq; causam, & conditiones incidi, eandemq; loco Ecclesia conspicuo, atque illustri collocari, atque parieti agglutinari.

19 Vbi autem, cum votum nuncupatur, praescripta ratio, ac ceremonie, ob pestem, aliamve causam necessariam prælari non possunt, tunc omnino eas præstari curet parochus, ubi primuntur poterunt.

20 Hanc omnem rationem, tum celebriores etiam ritus, ceterimonia, que adhiberi Episcopus curet, si Civitatis ipsius populus uotum nuncapare deliberarit.

FINIS LIBRI PRIMI.



C O N